

LECTIONES AESTIVAS
PUBLICAS ET PRIVATAS
ACADEMIAE LVDOVICIANAE

RECTOR

1761-70/7

IO. HERMANNVS

BENNER

Lückenheft

D. THEOLOGVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT

EASQUE SEDVLITATI

C I V I V M A C A D E M I A E


TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM

RITE COMMENDAT

P. P. DIE XVI. MARTII


MDCCLXI


SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI



G I S S A E,

EX OFFICINA BRAVNIANA.





In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Ordinis sui Senior.

Lectiones publicas in *Harmoniam Evangelistarum*, ductu *Introductionis Sandbagenianæ*, quam; plerisque probatam sæpiusque recusam, nova præfatione commendavit & annotationibus illustravit celeberrimus *Buddeus*, superiore semestri cœpras, strenue continuabit, dabitque operam, ut hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri, ad finem illæ perducantur. *Privatim Syllogen controversiarum Fechtianam* denuo exponet, & separatis quibusdam horis *exercitium disputatorium* in eandem instituet. In gratiam quoque eorum, qui *praxi homileticæ* operam dare cupiunt, beati D. RAMBACHII nostri *Præcepta homiletica*, commendatione cum primis digna, explicabit, quove pacto singula momenta in usum convertenda sint ostendet.

D. IO. HERM. BENNER

h. a. Decanus.

Exponet doctrinam de Christo, vberius quam ante solebat; & reliqua sanctioris scientiæ capita. Neque decrit vel moralis doctrinæ, vel polemicæ, vel alterius cuiusque studiosis.

IO.



IO. GODEF. ZENTGRAV

Professor extraordinarius.

Historiam Ecclesiasticam, Exegesi sacram, theologiam ecclesiae nostrae orthodoxae symbolicam, controuersias cum pontificiis, aliasque quasuis sanctioris disciplinae partes, desiderantibus auditoribus exponet.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Ius publicum ad ductum SCHMAVSSII, & ius feudale praeunte MASCOVIO, de integro interpretabitur. Idem fiet de *processu summorum imperii tribunalium*, simulac, quae in TAFINGERI *institutionibus iurisprudentiae cameralis* exponenda supersunt, absoluta fuerint.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH.

Hor. VII - VIII. *Institutiones iuris civilis* secundum HEL-NECCIVM; hor. VIII - IX. *Ius Naturae & Gentium* secundum DARIESIVM; hor. IX - X. & II - III. *Pandectas* secundum SCHAVMBVRGIVM; hor. III - IV. *Ius canonico pontificium & protestantium ecclesiasticum* aut *ius criminale* secundum SVAS *Institutiones iuris criminalis* explicabit. *Examinare* perget eos, qui studiorum suorum fiduciam habent.

In



In Facultate Medica.

**D. GERARDVS ANDREAS
MÜLLER.**

In instante semestri publice doctrinam de Febribus illustrabit. Priuatim in LOMMII obseruationes commentabitur, nec non Materiam medicam, BVCHNERO duce, desideraturis exponet.

D. IO. CAROLVS VOIGT.

In theoreticis practicisque lectionibus nondum finitis sedulo perget. Publice plantas officinales quoad structuram & usum examinabit. Priuatim materiam medicam praeunte celeberr. BVCHNERO explicabit, & medicinam legalem, si aderit discipulorum numerus, ducente celeberr. BOERNERO docebit.

D. GEORG. LVD. ALEFELD,

Professor extraord.

Absoluta osteologia ad reliquas anatomiae partes progredietur, methodumque construendi applicandique fascias chirurgicas tradet. Collegium quoque physicum experimentale denuo auspicabitur, & quolibet Saturni die physiotameum suum monstrabit.

In



Idcirco arceffet optimos ex antiquitate, harum artium doctores. *Ciceronis Oratorem* exponet; *Horatianum* libellum satis notum denuo tractandum resumet. Separatis horis, rationem *conscribendarum epistolarum* edocebit. Iis, qui cultioris stili romani facultatem assequi gestiunt, satisfactorius, lectiones in *Heineccianum* compendium rursus auspicabitur: praeterea explicabit quoque *Ovidii Libros Metamorphoseon*, si praesto fuerit auditorum numerus.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Historiarum Ordinarius.

Ante meridiem hora IX.-X. tradet *historiam Imp. R. G. nouissimam inde a pace Badensi ad nostra usque tempora.* Hora X - XI. praeleget *historiam Sueciae, Poloniae atque Russiae,* Clariss. ACHENWALLO praeunte. Hora XI-XII. KOPPII *historiam iuris, quo in Germania utimur, videlicet Romani, Canonici, Feudalis Longobardici, Feudalis Germanici, Germanici priuati & Germanici publici, recitationibus suis illustrabit.* Hora I - II. pomeridiana *collegio priuatissimo iam destinata est.* Denique hora II-III. explicabit librum Celeberrimi Cosmographi M. IOHANNIS MICHAELIS FRANZII, Professoris Goettingensis, qui liber sub elogio: *Abriss des Reichs - Atlas, oder Einleitungs-Karten zur teutschen Staats-Erdbeschreibung, zum Gebrauch der geographischen Vorlesungen, eingerichtet; Lipsiae MDCCLVIII. 4. mai. in lucem productus est publicam, quo nihil adhuc prodiit in hoc studiorum genere vtilius, nihil nitidius, nihil venustius, nihil speciatim quoad diuisionem imperii in suos circulos accuratius, nihil denique ad instituendas in Geographiam Imperii R. Germanici praelectiones accommodatius.*

D.



D. GER. ANDR. MÜLLER,

Physices Prof. Ord.

Restaurata valetudine, explicationem & commentationem in Astro-Theologiam DERHAMI propediem ad finem deducet; deinde habitum Philosophiae naturalis ad vitam ciuilem, & perquam notabilem & vulgo perquam ignotum, in clara luce ponet; neque etiam discere cupidae Iuuentuti in aliis Physices partibus illustrandis deerit.

IOH. GEORG. BECHTOLD,

Prof. extraord. & alumnor. Principaliū Ephorus.

Lectionibus, quas èlapso semestri hiberno instituerat, feliciter, quae Dei gratia est, ad finem perductis; hoc semestri aestiuo 1.) clar. DARIESII Institutiones Iuris Naturae explicabit 2.) ad eiusdem Erste Anfangs-Gründe der Philosophischen Sittenlehre commentabitur 3.) artem Oratoriam praeunte clar. MÜLLERO in der Weisheit des Redners docebit 4.) scholas eloquentiae tam sacrae, quam ciuilis practicas instituet, variarum simul orationum ideas commilitonibus suppeditaturus 5.) de genuina linguae sanctae indole atque natura duce clar. MEINERO in den wahren Eigenschaften der Hebräischen Sprache exponet 6.) quouis die Saturni alumnos potissimum Principales in arte disputandi exercebit, theses praesertim controuersas ex potioribus Philosophiae vniuersae capitibus in medium prolaturus.

Praeter ista, Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de lucculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltandique* palaestra *Gallicae* item & *Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.



In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Professor philos. pract.

Partem actiuam institutionum philosophiae vniuersae WINKLERI, & ius naturae ac gentium WOLFII exponere, iisque, qui rebus oeconomicis operam dare volunt, paruum de his libellum DITHMARI vberius explicare constituit.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. Prof. Ord. Bibl. Acad. Praef.

Logicam h. VII. metaphysicam h. VIII. mathesin siue puram, siue applicatam, prouti auditoribus placuerit, tempore ipsis commodo docebit. Geometriam practicam diebus Mercurii & Sabbati traditurus in campum exspatiabitur. Praelectiones ad finem nondum perductas absoluet.

PHILIPPVS NIC. WOLF,

Prof. LL. OO.

Publice, biblico - cursorium continuabit. Priuatim linguas Ebraeam, Chaldaicam, Syriacam & Graecam docebit. Nec illis, qui doctrinam accentuatoriam, duce WEIMARO, discere voluerint, deerit. Priuatissime in HOMERI Iliada commentabitur.

IO. GODEF. ZENTGRAV,

Eloquentiae & Poëseos Professor Ordinarius.

Vtriusque eloquentiae, pro officii ratione, & praecepta tradet & ipsam praxin ex desiderio auditorum instituet.

Id-